

171
XV. BARTHOLOM. TOB. SEIBT / Gorl. Luf.

Carmen Votivum Eleg. pro fausto Noviennii Auspicio Eidem ORIENTI SOLI, Serenissimo Principi ac Domino nostro Clementissimo, JOH. GEORGIO III. ab ore pio fusurus, utiq; ipse quoq; per Celsissimos Filios MAGNUS fiat AVUS, inter alia apprecaturus.

XVI. BARTHOLOMÆUS GEHLER / Gorl. Luf.

Celsissimo Illustrissimoq; Fratrum Pari, JOHANNI GEORGIO IV. & FRIDERICO AUGUSTO, Serenissimi Electoratus Saxon. Heredis, JOH. GEORGII III. Filiis, Amoris ac Delicis Patriæ, Principibus Juventutis, sub CASTORIS ac POLLUCIS, feliciss. Lede filiorum, Emblemate Noviennium submissè gratulaturus, summamq; precaturus: ut, per Magni Parentis Aviq; grassati Exempla, in Sapientissimos simul fortissimosq; Principes sub Epopis suis adolescant, suis Populis tutela, eruditus Artibus presidio olim futuri.

XVII. JOH. CHRISTIAN. HOMILIUS, Odera-Misn.

vehemens Gaudium, quò animus ob felicissimos Eorundem Juniorum Saxon. Principp. in Pietatis ac Humanitatis Studiis progressus feratur, Oratione Germanicâ expressurus, atq; majora atq; majora incrementa indies in Pietate ceterisq; Virtutibus, in Linguarum item & Artium Studiis, quæ Principem maximè decet, facientes, tanquam Cedri in Libanon semper floreat, voturus.

XIIX. GOTHOFREDUS TRAUSSCHKE / Gorl. Luf.

Eminentissimis in Sanctiori ac Intimo Sereniss. Elector. Saxon. Consilio Senatoribus, quos cum RECTORIBUS NAVIUM comparabit, AURESq; & OCULOS PRINCIPIS vocabit, de exoptato Consiliorum quorumlibet eventu gratulaturus, cumq; novo hoc Anno novus ipse successus exoraturus.

XIX. JOACHIMUS SPECHT / Gorl. Luf.

Ejusdem Intimi Consilii Senatores Eminentiss. cum AURIBUS & OCULIS, quos multos Regibus, juxta XENOPHONTEM, esse oporteat, comparaturus, idemq; piè precaturus: ut ipsi, BONI semper STATISTÆ, per novum hunc pluresq; subsecuturos annos cum laude audiant, cumq; laude videant: quæ è re sui sint Principis.

XX. MICHAEL WIEDEMANN / Geibsdorff. Luf.

Illustrissimis ORDD. PROVINC. LUS. SUP. Kalendas Jan. perpetuò candidas & serenas precaturus, ipsosq; opibus florentes, consiliis felices, concordia invictos vivere jussurus.

XXI. OPTATUS JOS. SANUS, Schönb. Luf.

Iisdem ORDD. posteaquam ipsos salvare humiliter jussit, quatuor anni tempestates faustas ac fortunatas Carmine Heroicò optaturus.

XXII. CHRIST. POPIG / Wendtosfigâ-Luf.

Splendidissimis Eorundem ORDD. JUDICIIS. JUDICIO nempe BUDISSINENSI & JUDICIO GORLICENSI, occasione vocis Persicæ ADEL, quæ Justitiam, vel etiam acerrimum justitiæ vindicem notat, de ADELKANIBUS suis, h. e. justitiæ administratoribus, gratulaturus, beneq; iisdem precaturus.

XXIII. JOH. HENR. FLEISCHER / Gorl. Luf.

PATRES Patriæ CONSCRIPTOS, occasione LAURI, Die Anni auspice à novis Coss. Jano boni ominis causâ suspendi solita, cum JANO LAUREATO ratione dignitatis, vigilantie ac prudentie collaturus, atq; novo hoc Anno, præter mutuum amorem, fidem ac concordiam, felicitatem LAURI, ipsius Fortune imploratâ ope, apprecaturus.

XXIV. JOH. FRIDERICUS TITZE / Gorl. Luf.

Curis, Consiliis & Actionibus quibuscumq; AMPLISSIMI ORDINIS Solemne illud Romanorum FELICITER! Vernaculâ nostrâ Lingua acclamaturus.

XXV. CHRISTIANUS SCHWEIZER / Gorl. Luf.

occasione Votorum, quæ Romani olim pro Consulibus & reliquis Magistratibus suscipiebant, & thure Deos concilians, & felicia gubernacula annorum votis suis, auspice anni die, aucupantes, nominatim pro Nobilib. Ampliss. & Consultiss. Dnm. CONSULUM sanitate, felicitate & longævitate pium decenter Votum facturus.

XXVI. BALTHASAR THEODORUS, Gorl. Luf.

nihilominus & ipse, publicæ lætitiæ interpret omniumq; quasi lingua, occasione certi cujusdam Romæ